guſti Regis Majeſtati, cui comitatus paret, derogaretur, cenſuræ TUÆ, Excellentiſſime Domine, de cujus Præſidio tractus Ruppinenſis ſibi gratulatur, obſervantisſime ſubjeciſſem, per literas clementer ſcriptas, poteſtate facta levidenſe ſcriptum edendi, benevolentiæ & gratiæ perennitatem mihi promiſiſti. Sed nec rationes ex longinquo repetendæ ſunt, cur TIBI quoque, *Perilluſtris ſummi Dicaſterii Præſes*, hoc quicquid eſt ſive laboris mei ſive conatus, dedicatum ſacratumque voluerim. Nam quis eſt omnium tam ignarus